temporibus sensit.

In ea ecclia tres dignitates sunt. Prior, Archidiaconus, et Prepositus, canonici duodecim, quorum tres quia Parochialibus ecclesijs prosunt, apud eas commorantur, duo etiam aliena in diocesi. Nullus preterea Mansionarius, nullus capellanus, nullus omnino clericus, nisi pauci pueri voluntariam operam choro, sacrificantibus, et sacerdotibus nauantes. His ipsis Canonicis adeo tenues redditus erant, ut coactus fuerit ejus, qui ante me ecclam administrauit, omnia simplicia beneficia canonicorum collegio adiungere, ut illi merce de illege, qua quotidie singulis de more distribuitur, diuina officia celebrarent, ac ne quidem fructus singulorum canonicatuum ad triginta in annum sexta perueniunt. Canonici tamen partibus inter se, ac disciplina, diebus, temporibus, ecclam, sacra, et canonicas horas quotidie obeunt. Id ege con-

si-

71

sibium beneficia canonicorum collegio contribuendi, sicuti ad cultum diuinorum officiorum prope necessarium fuit, ita clerum vrbis euasit, et ad magnam, ac prope pudendam paucitatem redegit; cum antea multi ope adipiscendi illa ipsa beneficia, et vitam inde honeste transigendi, clerici fieri, ac clericales ordines recipi optarent, qui ijs sublatis, animum alio nunc transferunt. Canonici communi sumptu quatuor capellanos conducere assignatis ijs stipendijs loco certis gradijs consueuerunt, qui olim in ecclia officia obibant, verum quia amoueri illi canonicorum arbitrio poterant, ac sape amouebantur, ut incertum, et aliena libidini obnoxium subsidium sperni esset capetum; ut iam ne inueniendi quidem canonici quos conducerent, cogerentur ipsi capellanorum quog officijs defungi. Accedit ad hec sibi quinta Pontificis Max. sanctio de ijs, qui sacris initiandi sunt, qua adeo arcet episcoporum in ea re facultatem constringit, ut cum neg be-

ne-